Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in eternum. In circuitu impii ambulant:
secundū altitudinē tuam multiplicasti fi
Usquequo ps. Filios hominū.
domine obliuisceris me in finem:
usquequo auertis faciem tuam
a me. Quamdiu ponam consilia in ani
ma mea: dolorem in corde meo per diem.
Vsquequo exaltabitur inimicus meus sup
me: respice et exaudi me domine deus me
us. Illumina oculos meos ne umquam
obdormiam in morte: ne quando dicat in
imicus meus preualui aduersus eū. Qui
tribulant me exultabunt si motus fue
ro: ego autem in misericordia tua speraui.
Exultauit cor meum in salutari tuo: cā
tabo domino qui bona tribuit michi. et
psallam nomini domini altissimi. ps.
Dixit insipiens in corde suo: non ē
deus. Corrupti sunt et ab homina
biles facti sunt in studiis suis: